



**Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XXVI. De officio Sacristæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](#)

mus in cera erat descriptus, in qua plal-  
lentium ordo describi solet. Quamvis alii  
putent simplex esse vocabulum, non  
compositum, & cerius nihil significare,  
sed tantum esse productionem sive addi-  
tamentum. Designari alias hoc loco so-  
let is, qui in dignitate aliqua emineret seu  
primus est; unde *Primicerius mensorum*.  
*Primicerius Fabrica*, *Primicerius Nota-*  
*riorum*. &c.

*l. i. C. de  
menso-  
rib. li. 12.  
C. l. 2.  
C. defa-  
bricens.*

*Quid est officium Primicerii?*

Præesse Diaconis & cæteris Clericis  
tum in moribus, tum in officio divino,  
ac præcipue in cantu dirigendo, atque  
adsignando ea, quæ alii catere debeant.  
*c un. h. s.*  
Sunt autem illi *Præcentores*, qui princi-  
pium faciunt *Psalmodiæ*, *Succentores*,  
qui *Psalmum Davidis* juxta tonum An-  
tiphonæ inchoant, & *Concentores*, qui  
totam *Psalmodiæ* universo Choro ab-  
solvent.

*De officio Sacristæ.*

TIT. XXVI.

*Quis dicitur Sacrista?*

**N**omen habet à sacris, quarum re-  
rum custodia illi incumbit, alias vo-  
catur

72 De officio Primicerij.

catur Thesaurarius, à thesauri sacrificia-  
l. Sanc- dia, item Custos sacrorum vasorum,  
mus 21.

C. de SS. Quod igitur ejus officium?  
. Eccles.

Præter vasorum sacrorum, vestium  
consecratarum, & id genus aliorum or-  
namentorum custodiā, etiam luminar-  
ium in sacrificio præparandorum, iuriis  
incendendi, baptisterii instituendi, &  
c. un. h. t. liorum quorumdam cura ei committi-  
can. Pre- tur. Eadem ratione dicitur alibi Cellera-  
lectis §. riū, qui in monasteriis veluti & economi-  
ad the- & dispensatoris munere fungitur, pro  
saurariū quo tamen aliis legendum videtur Cella-  
dist. 25. riū.

c. 6. §. 1.

inf. de  
statu

Monach

## De officio Custodis.

T I T. XXVII.

In quo Custos distinguitur à Sacrista

**Q**uod Sacrista eorum custodiā hz.  
seat, quæ ad usum altaris & mini-  
strorum Ecclesiæ spectant. Custodis  
cura versetur in palliis vel linteum in  
bus altaris, & cæteris id genus, quæ  
ad Ecclesiæ ornatum & decus spectant.

Quod